

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG\\_0046](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628|LOG_0046)

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

CAPUT VIGESIMUM  
SEX TUM.

*Arbor alba minor: Caju puti, Daun Kitsjil, ut & Caju-Kilan.*

**C**aju-*puti* minor species præcedenti quoad exten-  
nam faciem in omnibus similis est, excepto  
quod omnes ejus partes sint minores; nec adul-  
ta & perfecta sit arbor, & aliquando pluribus exfur-  
gat stipitibus, ita ut fruticem referat.

Stipites hi raro ultra pedem, ac rarissime crus sunt  
crassi, tenui, gilvo, ac multiplici obducti cortice, uti in  
præcedente, sed multo tenuior est, rugosior, magis-  
que laciniatus, ita ut ineptus sit fissuris obsolidandis.  
Folia prioris sunt similia, sed dimidio minora, tres  
quatuorve pollices longa, vix maiorem digitum lata,  
parvique Salicis foliis similia, ac parum reflexa, tri-  
nervia, quæ parvas quasdam atque incurvas transver-  
sales gerunt venulas, coloris præcedenti similis, sed  
non ita pallidi, ac magis herbacei, suntque firma,  
sicca, ac fragilia, odoris grati aromatici ad Cardamom-  
um accedentis, ita ut ignari pro Cardamomi foliis  
hæc habeant.

Fructus seu baccæ sunt quoque multo magis aroma-  
ticæ & saporis calidioris quam præcedentis, cum par-  
va itidem adstrictione, unde saporem baccarum Myrti æmulantur: si trunci sint crassiores, infima eorum parte nigri & adusti etiam apparent, uti in præcedente. Radices sæpe arcuatim supra terram semi-denudatae decurrent, paucisque fibrillis terræ infiguntur, unde nec facile transplantari potest. Lignum durius est quam præcedentis, magis ad ruffum tendens & longe durabilius est; sed raro adhibetur, quum non sit cras-  
sum.

*Nomen.* Ubique idem sortitur nomen ac præcedens, excepto quod cognominetur parvum seu parvifolium, sic Latine dicitur *Arbor alba minor*, & Malaice *Caju-puti*, *Daun-Kitsjil*, sic & *Caju-Kilan* vocatur.

*Locus.* In Amboina crescit, sed non ita frequenter ac præcedens, terramque amat sicciorum & scopulo-  
fiorem, cui ingentes & acuti mixti sunt lapides, quali-  
lis in magna reperitur Amboina post pagum Suly, uti & in promontorio Nussanive, in insulis Manipa & Boero, ubique non procul a mari, aërem enim mar-  
inum plus amat quam præcedens: Copiose etiam crescit in austrina Borneæ parte, putoque ex hoc ar-  
borum genere produci aromaticos Bollong fructus, qui in aromaticis cistis inveniuntur, & in forum venales adducuntur in Banjer Massing, ac inde porro de-  
feruntur ad omnes Javæ metropoles, licet hæ arboreas quoque crescent in Crimata & Madura: in Baleya vero & Java non progerminant, harum tamen fructus ubique venduntur.

*Uſus.* Cortex hic usurpari nequit ad navium futuras obturandas, quum sit adeo lignosus ac fragilis: Fructus & folia, quæ multo magis vim habent aromati-  
cam & uno gradu calidioris sunt naturæ ac præcedentis, multo quoque majorem rei medicæ præbent usum; ex hisce enim Bollongh, quos cum Javanis eosdem habeo, multæ præparantur potiones Medicinales, Javanis & Baleynis Dju-Djambu dictæ, quas autem tot aromata ingrediuntur, atque in tam varijs ac diversis propinant morbis, ut vix dijudicari possit, quas vires quodvis exerceat: Potio autem ista, cuius basis est Bollong, comperta fuit valere ad debilem corrigendum ac confortandum ventriculum, simulque propinatur puerperis ex lecto convalescentibus, ut internæ corroborant & coarctentur partes; quidam etiam contra Cephalalgiam laudant, sed hujus nondum certi observati sunt succes-  
sus.

Amboinenses hujus quoque adhibent folia, quæ cum floribus in recenti macerant oleo, quod dein cum Benzoin aliorumque suffumigiorum fumo imprægnant, atque ex hoc suum Minjac Mony h. e. oleum odoratum præ-

## XXVI. HOOFDSTUK.

*Kleine witte-Boom.*

**D**E kleine zoorte van Caju-*puti* is de voorgaande aan uitwendige gedaante in alles gelyk, behalven datze aan alle haar deelen kleinder is; ook geen volslaa-  
gen boom word, en somtys met meer stammen opschiet, zo datze wel een struik gelykt.

De stammen zyn ook niet boven een been, of zeer zel-  
den een dye dik, met een fyne, vale en veelvoudige baft  
bekleed, gelyk als de voorige, doch veel dunder, rimpeliger, ook meer gescheurt, en onbequaam tot het stoppen  
van de voegen. De bladeren zyn mede als aan de vorige,  
maar wel de helft kleinder, 3. en 4. duimen lank, schaars  
een kleine vinger breed, en de kleine Willige bladeren gelijk,  
ook een weinig voorwaarts gebogen, met drie zenu-  
wen in de lengte gestreept, dewelke eenige kleine en kromme  
dwars-adertjes hebben, van coeur insgelyks als de  
voorgaande, doch zo bleek niet, maar na den geel-groe-  
nen trekkende, styf, droog, en bryzelig, midsgaders  
van een aangename speceryachtigen reuk, zeer na by den  
Cardamom komende, zo dat ze de onwetende voor Car-  
damom bladeren bouden.

De vruchten of bezien zyn ook speceryachtiger, en  
beeter van smaak dan de voorgaande, nog al met een klei-  
ne zamentrekking, en dierhalven den smaak van Myrten  
bezien nabykomende: De stammen, zoze wat dik zyn,  
ziet men aan 't onderste ook swart en verbrant, gelyk de  
voorgaande. De wortelen leggen somtys met bogten op  
de aarde half bloot, en hangen met weinige vezelingen  
in de aarde waft, waaron men hem ook niet wel ver-  
planten kan. Het hout is barder dan dat van de voor-  
gaande, meer na den roffen trekkende, en duurzamer;  
doch wert weinig gebruikt, om dat het niet dik is.

Naamen. Hy heeft overal dezelfde naam, als de voor-  
gaande, behalven dat men den toenaam van klein of klein-  
bladige daar by doet, als in't Latyn Arbor alba minor,  
en in't Maleys Caju-Puti, Daun-Kitsjil, en zo wort  
by ook Caju-Kilan genaamt.

Plaats. Hy waft in Amboina, doch zo veel niet als  
de voorgaande, en vereist een drooger en klippiger gront,  
daar groote en scherpe steenen onderlopen, gelyk men  
vint op groot Amboina, achter het dorp Suly, als mede  
op den hoek van Nussanive, op de Eilanden Manipa en  
Boero, overal niet ver van Zee, want by bemint de  
Zee-lucht meer dan de voorgaande: men heeft hem ook  
overvloedig op de Zuid-zijde van Borneo, en ik boude het  
daar voor, dat van deze soort van boomen voortkomt de  
speceryachtige Bollong, in de kruit-doozen gevonden wor-  
dende, en die men op Banjer Massing ter markt brengt,  
en van daar voorts vervoert na alle de Koop-steden van  
Java: hoewel die boomen ook waften op Crimata, en  
Madura: Maar op Baly en Java heeft menze niet, en  
echter werden de vruchten overal verkocht.

Gebruik. Dezen bast en kan men niet gebruiken, om  
in de voegen van de vaartuigen te leggen, om dat by zo  
bouwachtig en bryzelig is: De vruchten en bladeren, als  
zynde veel speceryachtiger, en wel een graad heeter van  
natuur dan de voorgaande, zyn in meerder gebruik tot de  
Medicine: Want uit deze Bollonghs, (die ik met de Ja-  
vaansche voor eene en dezelfde boude) werden vele Me-  
dicinale dranken gemaakt, by de Javanen en Baliers  
Dju Djambu genaamt, doch daar in zy zo veel speceryen  
onder malkanderen mengen, en die tot zo verscheidenen  
ziekten gebruiken, dat men daar uit qualyk voordeelen  
kan, wat kragt een ieder heeft: Evenwel die drank,  
daar de Bollong het meeste in is, heeft men bevondengoet  
te zyn, om een onwillige of quade maag te verbeteren en  
te versterken, werdende mede ingegeven de vrouwen,  
die van hun kramen opstaan, om de inwendige leden we-  
derom te versterken, en te sluiten: Zommige gevenze ook  
in tegens de hooft-pyn, doch daar van heeft men geen ze-  
kere successen gezien.

De Amboinezen gebruiken ook deze bladeren, en wee-  
ken dezelve met andere bloemen, in versche Olie, dieze  
dan daar na met Benzowin, en andere reukwerken beroo-  
ken, en daar uit haar Minjac Mony (dat is welrieken-  
de





## II Boek. XXVI. Hooftst. AMBOINSCHE KRUYDBOEK. 77

præparant, quo suum illiniunt caput; Quidam Java-ni & Malaicenses his quoque foliis sua implent pulvi-naria jucundi odoris gratia, sed qui nostræ nationi ni-mis gravis foret. Eadem hæc folia sereno collecta-die, atque in aperto aëre parum exsiccata, cistisque inposita, per gravem odorem varia arcent infecta, quædam autem folia aliquando manibus conterenda-sunt, ut hinc odor Cardamomi penetrans magis ex-citetur. Diciturque pulvinaria hisce inpleta foliis ci-mices ex cubiculis fugare.

Sari seu paleosum semen ex fructibus decidens se-paratim colligitur ac venditur in aromaticis cistis, quod medicinalibus quoque inservit potionibus Djum-Djambu dictis, sed aliis semper mixtum ingredienti-bus.

Arbusculæ juniores prudenter effossæ in hortis trans-plantari possunt, ubi etiam progerminant, uti bis ex-perti fuimus.

Folia calidiore collecta die, licet penitus sicca in-ponantur facco, ita sponte incalescunt, ac humida sunt, aesi in aqua forent macerata. Si hæc dissecantur, & aquæ infundantur, ut per noctem fermentent, sique dein destillentur, oleum extrahitur ex his tenue, pel-lucidum, ac subtile, sed parva tantum quantitate, ita ut ex duobus fassis, his foliis inpletis, vix tres Olei istius Drachmæ eliciantur, quod fortissimum Cardamomi spirat odorem, sensim autem jucundius est, sed facillime avolat. Hujus olei binæ guttæ cum cere-visia vel vino propinatae sudores excitant vehemen-tes, cui fini apta medicamenta India exhibet per-pauca.

### EXPLICATIO

#### Tabula Decima Septima.

Quæ binas exhibit ARBORIS ALBÆ minores species, qua-rum Figura prima illam denotat, quæ CAJU KILAN inco-lis vocatur, a me autem MYRTO-LEUCODENDRON foliis lanceolatis, incurvis; fructus in inferiore ramorum parte ge-rens.

Figura secunda illam, quæ DAUN POËTI KITSJIL incolis vocatur. Hanc nomino MYRTO-LEUCO-DENDRON foliis lanceolatis acutis, floribus & fructu spicatis.

### CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

#### *Myrtus Amboinensis. Hurong.*

HÆc minima Caju-Puti species est, forma & sa-pore Myrtum angustifoliam æmulans: neque in adultam excrescit arborem, sed truncum dat parvum, immo saepè humiliorem, quam præcedens. Truncus hic plerumque pedis crassitatem habet, raro cruris, qui obducitur quoque tenui, rugoso, siccō, & fissō cortice: Rami plurimum eriguntur, inque minores divisi sunt tenues ac lignosos ramulos, qui comam constituunt elegantem, ita ut e longinquo ingentem referat Rosmarinum: Folia irregulari ordinē locata sunt, atque adeo arcte ramulos ambient, ut eos tegant, quæ transversalem circiter digitum longa, cul-mum vel pennam lata sunt, ab inferiore parte magis acuminata quam superiore, seu ad finem, ubi subrotun-da sunt, quædam autem apicem gerunt subtilem, ac notabilem nervum habent intermedium, cum binis aliis lateralibus, medio multo minoribus, coloris læ-te virentis, saporis ex acido aromatici, cum parva adfrictione, nec adeo acria sunt quam præcedentium, sed magis grata: Si inferiora ramulorum foliola deci-dant, quod mensibus Septembri & Octobri observa-tur, superiora racemosæ quasi persistunt, cum minoribus quibusdam intermediis, sive omnia simul floris formam exhibent.

Flores sunt parvi, Alcannæ flosculis similes, unguis

digi-

de Olie) maaken, waar mede zy het boeft bestryken: Zommige Javanen en Malyers vullen ook baar slaap-kus-sens met deze bladeren, om des goeden reuks wille, doch die voor onze Nati te swaar zoude zyn: Dezelffste bladeren by een helderen dag vergaert, in de lucht wat gedroogt, en dan in kisten of kasten gelegt, beletten niet haer sterken reuk, datter geen Kackerlakken, of ander ongedierte in en komen, doch men moet somtyds eenige bladeren met de hand aan stukken vryven, op dat daar door de Cardamoms reuk werde opgewekt: En men zegt ook dat de kussens, met deze bladeren gevult, de weeg-lui-zen uit de bedsteden verdryven.

Het Sari, of kafachtige Zaart uit de vruchten vallen-de, wert afzonderlyk vergaert, en in de Kruit-doozen verkogt, dienende al mede tot Medicynale drankjes, of Dju Djambu, doch altyd met andere dingen gemengt.

De jonge boomjes voorzigtig uitgegraven, kan men in de Thuijen verplanten, en daarze ook opkomen, gelyk my tot tweemaal toe gebeurt is.

Deze bladeren, op een heeten dag gants droog vergaert, en in een zak gedaan, zullen zodanig broeyen, dat ze heet worden, en's anderen daags zyn ze nat, als of ze in 't water gelegen badden. Kapt deze in stukken, giet water daar over, en laat ze eenen nagt fermenteren, en distilleertze daar na, zo krygt gy een dunne klaare en subtile Olie, hoewel zeer weinig, en van twee zakken vol bladeren, qualyk drie Drachmas, riekende zeer sterk naar Cardamom, doch wert metter tyd lieflyker, en ver-roukt of vervliegt ook licht. Van dezen Olie een paar droppen met Bier of Wyn ingenomen, doet geweldig zweeten, waar toe men anders in Indië weinige bequa-me Medicamenten heeft.

### UYTLEGGING

#### Van de zeventiende Plaat.

Dewelke vertoont twee kleine zoorten van de WITTE BOOM, waar van de eerste Figuur verbeeldt die geene, die CAJU KILAN van de Inlanders genaamt wert, doch van my MYRTE-WITTE-BOOM met Lanzets-gewyze kromme bladeren: dragende zyn vrugten aan het onderste gedeelte der stelen.

De tweede Figuur de andere, dewelke DAUN POËTI KITSJIL van de Inwoonders genaamt wert. Deze noem ik MYRTE-WITTE-BOOM, met puntige Lanzets-gewyze bladeren, met vruchten, en bloemen als een koorn-helm groeiende.

### XXVII. HOOFDSTUK.

#### *Amboinsche Myrte-Boom.*

It is het kleinste slag van de Caju-Puti, in gedaante en smaak de Myrtus Angustifolia naast by komen-de: Het wert mede geen volwassen boom, maar blyft een kleine stam, en somtyds nog laager, dan de voorgaande. De stam heeft gemeenelyk de dikte van een been, zelden van een dye, en mede met een dunne, rui-ge, drooge, en gescheurde schorste: De takken staan meest overeinde, en zyn verdeelt in zeer dunne en boutachtige ryskens, makende een cierlyke kruin, zo dat het van verre een grote Rosemary-boom gelykt. De bladeren staan zonder ordre, en zo digt om de ryskens, datze dezelve bedekken, omtrent een dwars-vinger lank, en een stroo-balm of schaft breeft, van achter spitzer dan van voren, alwaarze meest ront zyn, zommige met een zeer kleine spitze, midsgaders een merkelyke middel-zenuwe, en nog twee andere, die langs de zyden loopen, veel stijlder dan de middelste, van coleur blyd-groen, van smaak uit den zuuren specryachtig, met een kleine zamentrekking, en zo scherp niet als de voorgaande, maar wat lieflyker: Als de achterste blaatzjes van de ryskens afvallen, 't welk geschiet in September en October, zo blyven de voorste in trosjes staan, met eenige kleindere blaatzjes daar tussen, en maken also gezamelijk de gedaante van een bloem.

Het bloeizel zyn kleine bloempjes, die van de Alcanna